



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

CXXVI. Markgraf Ludwig bestätigt die vom Herzog Otto von Braunschweig
vorgenommene Beleihung Stendalscher Bürger mit Hebungen aus Klein
Schwarzlosen, am 15. September 1337.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

utilitatem rei publice ac pacem terre generalem super omnibus disensionibus ac gwerrarum discrimibus, inter Ecclesiam nostram predictam Magdeburgensem et Inclytum Principem dominum Ottonem, ducem Brunsvicensem, iam dudum duratis sumus cum eodem principe penitus concordati. Verum quia eundem principem, necnon Stendalgenfis, Tãngermundensis, Osterburgensis, Gardelegenfis ac Saltwedelenfis opidorum consules, Scabinos et omnes vniuersitates opidorum eorundem propter jus fidelitatis et subiectionis ab eisdem extorquendum ad ciuitatem Nuenburgensem coram Iudice et conseruatore, nobis per Sedem Apostolicam deputato, in jus procurauimus euocari, pro huiusmodi iure nostro ac ecclesie nostre memorate ibidem impetentes, a qua quidem impetitione nomine nostro et ecclesie nostre per meram compositionem recessimus et recedimus, dimittentes quoque predictum principem Ottonem, opidanos ac vniuersitates memoratos necnon omnes alios, quorum interest aut interesse poterit, ab huiusmodi causa et lite omnino liberosque solutos, eorundem libero committentes arbitrio, quod procuratores suos, de quibus sibi in causa appellacionis huiusmodi in Romana curia prouiderant, ad partes poterunt reuocare. Nostrisque eciam dabimus in mandatis nomine Ecclesie sepedicte, quod a litibus huiusmodi cessent penitus et desistant, presencium nostrarum testimonio literarum, quibus sigillum nostri capitoli in euidentiam premissorum est appensum. Datum Magdeburgi, Anno domini M^o. CCC^o. XXX^o. sexto, feria secunda proxima post diem beati Laurentii martiris.

Nach dem Originale des Stendalschen Ratharchives No. 69.

CXXXVI. Markgraf Ludwig bestätigt die vom Herzog Otto von Braunschweig vorgekommene Beleihung Stendalscher Bürger mit Gebungen aus Klein Schwarzlose, am 15. September 1337.

Nouerint etc. quod nos Ludovicus etc. Approbauimus et ratificauimus, approbauimus et ratificamus presentibus et laudamus collacionem per magnificum principem Ottonem, ducem Brunwicensem, auunculum nostrum dilectum, factam discretis uiris Rulkoni, merloni et ebloni, dictis de lucou, fratribus, ipsorumque ueris heredibus ciuitatis Stendal ciuibus super sex frastis cum dimidio in villa dicta lutken Swarcelose cum singulis et uniuersis ipsorum pertinentiis perpetue quiete et pacifice possidendis, Volentes ipsam collacionem sub modis, forma et condicionibus, prout per ipsam ducem ottonem, auunculum nostrum dilectum predictum, facta est, ratam tenere pariter atque gratam. In cuius etc. Testes sunt domini buch, pincerna, bambrecht etc. Datum anno domini M^o. CCC^o. XXXVII^o., in crastino exaltacionis sancte crucis.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg, No. LIX.